Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et ibi morabatur cum discipulis suis. Satto.
In diebus illis. Dixerunt S. Jeremie ap̃he
impii iudei ad invicem. Venite cogitemus
de iusto cogitaciones. Non enim peribit lex
a sacerdote nec consilium a sapiente nec sermo
a ap̃ha. Venite et percutiamus eum in lingua et
non attendamus ad universos sermones eius
Adtende domine ad me et audi vocem adversariorum
meorum. Numquid reddit pro bono malum quia foderunt
foveam animae meae. Recordare quod steterim in con
spectu tuo ut loquerer pro eis bonum et ut averterem
indignacionem tuam ab eis. Propterea da filios eorum
in famem et deduc eos in manus gladii. Fiant
uxores eorum absque liberis et viduae et viri earum in
ficiantur in morte. Iuvenes eorum interfodiantur
gladio in proelio. audiatur clamor de domibus
eorum. Adduces enim superpatronum repente. quia
foderunt foveam ut capiant me et laqueos abscon
derunt pedibus meis. Tu autem domine scis omne
consilium eorum in malum adversum me. Ne propitiaris in morte
iniquitati eorum et peccatum eorum a facie tua
non deleatur. Fiant corruentes in conspectu
tuo. in tempore furoris tui. domine da nobis
Nullo tempore. Sublevatis oculis S. Johm